Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Gottfried Voigt Fridericus Wagnerus

# Disputationem Historicam De Oraculis Sibyllinis

Gustrovi[i]: Typis Scheippelianis, 1672

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742557553**

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn742557553/phys_0001
DFG

Mk-9453 . (1.)

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn742557553/phys_0002
DFG

*DIVINO ADSPIRANTE NUMINE,*

IN

SERENISSIMI PRINCIPIS MECLENBURGICI,

*ILLUSTRI AD NEBELAM ATHENAEO,*

# DISPUTATIONEM HISTORICAM DE ORACULIS SIBYLLINIS,

*SUB PRÆSIDIO*

*GOTHOFREDI VOIGTII,*

PHILOS. LIB. Q; ART. MAG. AC EJUSDEM ATHENÆI RECTORIS,

*AD D. AUGUSTI, A. C. 1672.*

*PUBLICE DEFENDET*

FRIDERICUS WAGNERUS, LUPCENS MECLENB.

HORIS MATUTINIS,

*IN AUDITORIO MAJORI.*

---

GUSTROVI, Typis SCHEIPPELIANIS.

---

Itaq

d. IV. De

I. BERN

II. SAMU

De nece

III. CHRIS

De Indi

IV. JOHA

V. HENRI

De propenſ

VI. JOHA

De

VII. MICH

De Oblig

VIII. GUS

De obligati

IX. JACOB

De Converſ

X. JOHANN

De fide ſemper

NOSTRO

Si jam, Pat

Progr

Erinnerung
und Evermi
meiſters dur
dung des S
wege bringe
ſeiner wiede
tzet wird / je
Luitdrog / d
ten / Marx
bein / Bernd
und beſetzen
moed von d
alten Hoffen
auff deſſen
velmoed un
handeln geſ
tig / als über
Gelder / wie
wird aber
Völckern ab
Schloß Her
gen wird de
canten glück

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn742557553/phys_0004
DFG

DE

# ORACULIS SIBYLLINIS

## I.

## THEOREMATA.

§. I.

ORaculorum Sibyllinorum naturà cognoſcitur partim ex *Onomatologiâ*, partim ex *pragmatologiâ*. Illa *nomen*, hæc *rem* ipſam conſiderat. In nomine occurrit (I.) ETYMOLOGIA, de qvâ qvidem nemo dubitat, qvin oraculis Sibyllinis nomen *Sibyllæ* dederint; Sed unde vox *Sibyllæ* orta, Grammatici certant, & adhuc ſub judice lis eſt. *Thyſius* enim in Exerc. Miſcell. XIII. derivat á סבל *portavit*, qvod ſint portatrices Dei; *Delrio* in Diſq. Mag. Tom. II. lib. IV. cap. II. à קבל *accepit*, qvod oracula ſua acceperint divinitus, à qvâ ſententiâ non admodum recedit *Peucerus* de Divinat p. 118. omnium autem optimè explicat *Forſterus* in voce קבל, unde eſſe putat קבלה, & ex hoc Sibylla. *Georgius Hornius* in Hiſt. Philoſ. lib. II. cap. I. à בעלה deducit, *Beli vate.* cum qvâ voce ſi ש demonſtrativum jungas, fit שבעלה, qvod magnam cum Sibyllâ affinitatem habet. Communior ſententia ad



Bibl… Academ… Rostochie…

Ita…

d. IV. De…

I. BERN…

II. SAMU…
De nece…

III. CHRIS…
De Indi…

IV. JOHA…

V. HENRI…
De propen…

VI. JOHA…
De…

VII. MICH…
De Oblig…

VIII. GUS…
De obligatio…

IX. JACOB…
De Converſ…

X. JOHANN…
De fide ſemper…
NOSTRO…
Si jam, Pat…

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742557553/phys_0005
DFG

Progr

Erinnerung
und Everm
meiſters dur
dung des S
wege bringe
ſeiner wiede
tzet wird / je
Luitdrög / d
ten / Marx
bein / Bernd
und beſetzen
moed von d
alten Hoffen
auff deſſen
velmoed un
handeln geſ
tig / als über
Gelder / wie
wird aber
Völckern ab
Schloß Her
gen wird de
canten glück

Græcos vocis natales refert, ut Σίβυλλα ſit qvaſi θεοβέλη, mutato θ in σ, ε in ι, ε in υλ, more Æolum. Ita *Iſidorus* lib. VIII. Orig. cap 8. p. 1019. *Lactantius* Div. Inſtit. lib. I. de fal. â relig. c. 6. *Baronius* in apparatu ad annal. Eccleſ. n. 19. *Servius* ad lib. III. Æneid. *Schmidius* Orat. I de Sibyllis, *Funger.* in Lex. Philol p. 762. *Ludovic. de la Cerda* Tom. II. Comm. in III. Æneid p. 333. *Becmannus* de Orig. L. L in voce DEUS p. 397. *Wagnerus* Orat. de Sibyll. p. 3. forſan etiam *Diodor. Sicul.* lib. IV. Bibl. edit. Græc. & alii ſentiunt. Contra verò *Cl. Salmaſius* ap. *Servatium Gallæum* not. in Lactant. Sibyllæ nomen *ſimplex* eſſe exiſtimat, idqve formæ *diminutivæ*, à principali σίβη, qvod Æolicum eſt, pro σιὸη, ut βέλφυς pro δέλφυς. itaqve ἀπὸ τῆς σίβης σιβύλλα, ut ἀπὸ τῆς Ἥβης ἡβύλλα, à σηκὸς σηκύλλα, & ſimilia.

II. (2) HOMONYMIA. Ubi obſervandum, qvod Oracula Sibyllina accipi poſſint vel *impropriè*, loco proverbii, pro rebus indubitatis qvibuscunqve. qvo ſenſu Ariſtoph. in Pace dixiſſe videtur: ὁ μελέχω τούτων, ὁ γὰρ ταῦτ' εἶπε Σίβυλλα; vel *propriè*, idqve vel *generatim*, pro vaticiniis feminarum qvarumcunqve. initio enim omnes feminæ vates dictæ ſunt Sibyllæ, ut *Pauſan.* in Phoc. *Lil. Greg. Gyrald* de Poet. Hiſt. Dial. 2. p. 77. *Iſidor.* & *Servius* l. a. docent; vel *ſpeciatim*, pro reſpon-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742557553/phys_0006
DFG

ſis decem illarum feminarum (ſi modò decem fuerunt) qvæ ſingulari vaticinandi dono inſtructæ, κατ᾽ ἐξοχὴν Sibyllarum nomen meruerunt. Atqve ita h. l. intelligimus.

III (3) SYNONYMIA qvò refero illud Plutarchi in Fabio, qvi oracula hæc vocat Σιβυλλίους βίβλους, item Σιβύλλεια abſolutè. *Dionyſius* lib. IV. vocat Σιβύλλεια θέσφατα. *Phlegon* in lib. περὶ θαυμασίων, Σιβύλλης χρησμούς. *Cicero*. l. 2. de div. Sibyllæ verſus. *Livius* lib. XII. libros fatales, Sibyllinos qvoqve. *Lactantius* l. a. Carmina Sibyllarum. alii aliter appellant.

IV. *Pragmatologia* ſeqvitur, qvæ conſiderat cum οὐσιώδη, tum ἐπουσιώδη. Illa vel *conjunctim* proponuntur in *definitione*; vel *ſeparatim* in *cauſis* & *diviſione*. DEFINITIO, vel, ſi mavis, deſcriptio hæc eſt: *Oracula Sibyllina, ſunt dicta, à Dæmone, per Sibyllas, in furorem actas, de rebus variis, præcipuè futuris, edita, ad decipiendos homines.*

V. CAUSÆ ſunt vel *externæ*, ut *efficiens* & *Finis*; vel *internæ*, ut *Materia* & *Forma*. EFFICIENS eſt vel *principalis*, nempe *dæmon*, qvem indicant cùm ipſæ vates; tum reſponſa earum, & adjuncta; vel *minus principalis*, *Sibyllæ*, qvæ per furorem communicata ſecum à diabolo efferebant, ſed non intelligebant, more vatum Ethnicorum.



Itaq

d. IV. De
I. BERN
II. SAMU
De nece
III. CHRIS
De Indi
IV. JOHA
V. HENRI
De propen
VI. JOHA
De
VII. MICH
De Oblig
VIII. GUS
De obligati
IX. JACOB
De Converſ
X. JOHANN
De fide ſemper
NOSTRO
Si jam, Pat

Erinnerung
und Evermi
meiſters dur
dung des S
wege bringe
ſeiner wiede
tzet wird / je
Luitdrog / D
ten / Marx
bein/Bernd
und beſetzen
moed von D
alten Hoffen
auff deſſen
velmoed un
handeln geſ
tig / als übe
Gelder / wie
wird aber
Völckern ab
Schloß Her
gen wird de
canten glück

VI. MATERIA vel *propriè*, vel *impropriè*, ita dicitur. *Propriè* corporibus competit, qvibus annumeranda non ſunt oracula. *Impropriè* verò, per ſimilitudinem aliqvam, accidentibus qvoqve tribuitur, eſtqve vel *Ex qva*, vel *In qva*, vel *Circa qvam*. Illa *verba Græca* ſunt, ex qvibus componuntur oracula, ut veterum monumenta indicant; iſta non una eſt hoc loco, pro diverſâ oraculorum ratione. Hæc enim conſiderantur vel ut *voce edita*, vel ut *literis conſignata*. Priori modo *ſubjectum auditores* ſunt, qui auribus ſuis percepe-runt Sibyllæ effata. Poſteriori verò reſpectu, *ſubjectum* oraculorum *charta* eſt, vel qvicqvid ejus loco erat apud veteres. qvo de *Plinius* Nat. Hiſt. lib. XIII. cap. XI. *In palmarum*, inqvit, (*Dalecampius* legendum putat, *malvarum*) *foliis primo ſcriptitatum, deinde qvarundam arborum libris, poſtea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox & privata linteis conſicicœpta aut cereis.* Vid. *Polydor. Vergil.* de Invent. rer. lib. II. cap. VIII. p. 117. De *foliis*, qvibus Sibyllæ inſcripta carmina, res nota ex III. Æneid. v. 444. 445. *Foliisq; notas & nomina mandat.* &c. Unde proverbium natum, qvo *folium Sibyllæ* rem indubitatam dixit *Juvenalis*. vid. *Eraſm.* Adag. p. 246. *Symmachus* linteorum meminit voluminum lib. IV. Ep. XXXIV. *Monitus Cumanos*, inqvit, *lintea ſumſerunt.* ſed de hoc alibi plura. Ad *objectum*

venio,

venio, qvo nomine *præcipuè* intelligo *futura*, qvæ tantùm ad vatem pertinere *Plato* in Lache & Charmide exiſtimat. Ea verò tam varia ſunt, ut hiſce chartarum anguſtiis includi non poſſint. Aliud tamen *objectum veterum oraculorum* fuit; aliud *eorum eſt, qvæ hodie exſtant*. Illa præter fata Urbis & alia, ethnicam ſvadebant idololatriam. At Sibyllina, qvæ exſtant, invehuntur in Deorum cultum, & contra unius veri DEI filiiq; ejus JESU CHRISTI cultum ſvadent. v. *Voſſ.* de Poët. Græc. lib. I. cap. I. p. 8. Qvin adeò apertè de CHRISTO loqvuntur, ut, non *vaticinia rerum futurarum*, ſed *hiſtoriam rerum geſtarum* deſcribere videantur. Exempla qvi cupit, ipſa Sibyllina evolvat, vel, ſi hæc deſunt, *Barradium* adeat in Concord. & Hiſt. Evangel. Tom. I. lib. III. cap. XXV. p. 123. 124. *Spanhemium* Dub. Evangel. Part. I. dub. XXXIV. p. 371. *Franzium* de Interpr. ſcript. orac. XII. p. 161. & alios.

VII. FORMA oraculorum, *propriè* ſic dicta, nulla eſt. Ea qvippe corporibus propria, non accidentibus. *Accidentalis* tamen aliqva datur & *impropriè* talis. *Singularis* nempe illa *carminum per furorem effuſio*, ſi oracula, ut *voce edita*, conſideres; ſin ut *literis comprehenſa*, *ordo* eſt, qvi in iis continetur.

VIII. FINIS κατὰ δόξαν, *ſalus reipublicæ*; κατ᾽ ἀλήθειαν, *hominum deceptio* eſt. de



Bibl. Academ. Rostochi

Itac

d. IV. De
I. BERN
II. SAMU
De nece
III. CHRIS
De Indi
IV. JOHA
V. HENRI
De propen
VI. JOHA
De
VII. MICH
De Oblig
VIII. GUS
De obligati
IX. JACOB
De Converſ
X. JOHANN
De fide ſemper
NOSTRO
Si jam, Pat

Progr

Erinnerung
und Evermi
meiſters dur
dung des S
wege bringe
ſeiner wiede
tzet wird / je
Luitdrog / d
ten / Marx
bein/Bernd
und beſetzen
moed von d
alten Hoffen
auff deſſen
velmoed un
handeln geſ
tig / als über
Gelder / wie
wird aber
Völckern ab
Schloß Her
gen wird de
canten glück

qvâ apud *Lucianum* Tom. II. Oper. Dial. Junon. & Laton. p. 18. notatu digna legas. Si qvæ *vera* forſan Sibyllis inſpiravit dæmon; factum propterea, ut per ea falſis colorem induceret, & ita אל אמת *Deus veritatis*, Pſ. XXXI, 6. videretur, qvi *Pater mendacii* eſt. Joh. VIII, 44.

IX. DIVISIO, ratione *cauſæ efficientis*, hæc eſt: Oracula Sibyllina alia ſunt *Chaldææ*, alia *Lybicæ*, alia *Delphicæ*, alia *Cumææ*, alia *Erythrææ*, alia *Samiæ*, alia *Cumanæ*, alia *Helleſpontiacæ*, alia *Phrygiæ*, alia *Albuneæ*: Si tot nimirum, ut *Lactantius* cum *Varrone* judicavi, Sibyllæ exciterunt, ac non plures forte, ut *Gyraldus* l. a. vel etiam pauciores, ut *Ælianus* Var. Hiſt. lib XII. cap. 35. exiſtimaſſe videtur, cum aliis, qvos vide ap *Gyrald.* l. a. *Schmidium* Orat. I. & *Greenium* diſp. I. de Sibyllis. Qvænam autem ſint cujusqve propria, etſi definire audeat *Gyraldus* l. a. *Alſtedius* Chronol. L. I. p. 488. & ex iis *Fungerus* in Lex. Phil. p. 762 tantum tamen abeſt, ut certò ſciri poſſit hodie, ut ne olim qvidem eâ de re conſtiterit inter eruditos, teſte *Lactantio*. Hodie diviſa exſtant oracula Sibyllina in octo libros, qvæ *D. Johann. Opſopæus* ex vett. cod. aucta, renovata, & notis illuſtrata anno 1607. magnâ diligentiâ Pariſiis edidit. edita etiam Baſileæ ap. Opor. 45. Gr. cum *Xyſti Betulei* & aliorum annot. Gr. & anno 46. carmine heroico red-

dita

dita à *Sebaſt. Caſtellione*, ibid. Summam eorum breviter collegit *Schmidius* Orat. I. Sibyll. Et hæc ἐσιώδη.

X. Ἐπεισιώδη ſunt vel *conſentanea*, ut *Adjuncta* & *Cognata*; vel *diſſentanea*, ut *Diſparata* & *Oppoſita*. ADJUNCTA ſunt μανία ſeu *furor*, ratione pronunciationis; *obſcuritas*, ratione ſignificationis; *numerus* ſeu μέτρον, ratione connexionis; *auctoritas*, ratione æſtimationis; *comparatio*, *amiſſio*, *inſtauratio*, & *conſervatio*, ratione poſſeſſionis. De ſingulis aliqvid. Ac primò qvidem Sibyllas per *furorem* vaticinatas eſſe, *Plato* tradidit in Phædro, & Virgil. III Æneid. v. 443 Ubi *inſanã vatem* vocat. Conf. l. VI. v. 46 & ſeq. & in h. l. *Ludov. de la Cerda* p. 608. Idem etiam de *obſcuritate* luculentum perhibet teſtimonium, lib. VI. v. 98. 99. 100. ubi *Cumæa horrendas canere* dicitur *ambages* &c. Qvàmqve intellectu difficilia Sibyllarũ fuerint oracula, ex eo eſt cognoſcere, qvod dicerent perplexa qvæqve eſſe *foliis Sibyllæ obſcuriora*. Eo fine *interpretes* conſtituebantur, primùm *duo*, poſt *decem*, tum *qvindecim*, deniq; XL. viri, ut ex *Suetonii* Julio cap. 79. *Agellio* lib. I cap. XIX. p. 34. *Livio* lib. X. *Lactant.* lib. I. cap. VI. & aliis patet. Porro qvod oracula Sibyllina *verſibus*, & qvidem *Græcis*, iisqve *elegantibus* ſint comprehenſa, argumento illud eſt, qvod Homerus eis carmi-

 na-

Bibl. Academ. Rostochi

Ita

d. IV. De

I. BERN

II. SAMU
De nece

III. CHRIS
De Indi

IV. JOHA

V. HENRI
De propen

VI. JOHAN
De

VII. MICH
De Oblig

VIII. GUS
De obligatio

IX. JACOB
De Converſ

X. JOHANN
De fide ſemper
NOSTRO
Si jam, Pat

Erinnerung
und Evermi
meiſters dur
dung des S
wege bringe
ſeiner wiede
tzet wird / je
Luitdrog / d
ten / Marp
bein / Bernd
und beſetzen
moed von d
alten Hoffen
auff deſſen
velmoed un
handeln ge
tig / als über
Gelder / wie
wird aber
Völckern ab
Schloß He
gen wird de
canten glück

na ſua ſublegerit, ut à *Diodoro Siculo* lib IV. p. 187. refertur, à *Sibylla* lib. III. prædictum existimatur, ac à *Boccho* qvoqve proditum eſſe *Solinus* ait cap.IX. *Auctoritas* eorum magna fuit ac prope divina. Religioſè enim in Capitolio aſſervabantur, religioſè conſulebantur, prohibitis ab eorum lectione impuris & profanis, ſicut ex *Dionyſio Halicarnaſſæo*, *Feneſtella*, *Pomponio Læto*, *Flavio Vopiſco* aliisq; oſtendi poteſt. Qvomodo ad Romanos pervenerint, *Agellius* l. a. tradit. nimirum vendita *Tarqvinio*, Romanorum Regi, dicuntur à *Sibylla*. ubi qvidem *Agellius*, *Solinus*, *Servius* & alii *Superbum* nominant; ſed *Schmidius* cum *Lactantio Priſcum* intelligendum eſſe exiſtimat. De *Sibylla* qvoqve non convenit inter omnes. *Volaterranus* enim *Erythræam* fuiſſe putat; *Solino* autem & *Schmidio Cumana* eſt, *Agellius* anum hoſpitam atqve incognitam fuiſſe dicit, nullâ Sibyllæ factâ mentione. Cuſtodiebantur autem Romæ ſummâ curâ & induſtria, ut ex veterum teſtimoniis oſtendit *Baronius* appar. ad Annal. Eccleſ. n. XIX. p. 9. Syllanis temporibus conflagrarunt unà cum Capitolio, teſte *Plinio* lib. XIII. cap. XIII. & *Dionyſio* lib. IV. Sed inſtaurata paulo poſt ex Græcorum fide, ut ex *Varrone Lactantius* teſtatur. Deniqve imperante Honorio, à Stilicone iterum combuſta ſunt, idqve magno cum dolore gentilium: teſte *Rutilio Numatiano* in Gall. itin. lib. II.

COGNA-

XI. COGNATA ſunt *aliarum feminarum vaticinia*, ut *Athenaidis*, *Phaennidis* apud Chaones, *Pelearum* ap Dodonæos, teſte *Pauſania* l. a. & *Alex. ab Alex* lib. III. cap. XVI. pag. 149. In qvibus & ſimilibus aliis, qvas vid. ap. *Gyraldum.* l. a. p. 84. dæmon ſine dubio imitatus DEUM eſt, à qvo femineus etiam ſexus vaticinandi dono inſtructus legitur in S. L. Exemplo ſunt *Maria*, ſoror Aaronis Exod. XV. 20. *Debora*, uxor Lapidoth Jud. IV, 4. *Chulda*, uxor Schallumi II. Reg. XXII, 14. *Eliſabetha*, uxor Zachariæ Luc. I. 41. *Anna* vidua, filia Phanuel, de tribu Aſer, II, 36. *qvatuor filiæ Philippi Evangeliſtæ* Act. XXI. 9.

XII. DISPARATA ſunt *varia deorum oracula*, ut *Jovis Hammonis*, de qvo vid. *Curtius* lib. IV. cap. VII: *Dodonæum*, cujus formam deſcripſit *Suidas* in voc. Δωδώνη; originem, *Herodotus* iu Euterpe: *Delphicum*, cujus ortum exponit *Diodorus* lib. XVI. Bibl; formam *Strabo* lib. IX. Geogr: *Jovis* item *Trophonii* in Bœotiâ, *Cereris* apud Patrenſes, *Mercurii* apud Pharenſes, & alia, de qvibus *Pauſanias* in deſcript. Græc. paſſim. Pertinent huc etiam oraculorum interpretationes, qvas προφητείας veteres dixere, auctore *Platone* in Timæo. Huic enim *μαντεία futurorum prædictio*; at προφητεία *vaticiniorum explicatio* eſt.

Ita[...]

d. IV. De[...]

I. BERN[...]

II. SAMU[...]
De nece[...]

III. CHRI[...]
De Indi[...]

IV. JOHA[...]

V. HENRI[...]
De propen[...]

VI. JOHA[...]
De[...]

VII. MICH[...]
De Oblig[...]

VIII. GUS[...]
De obligati[...]

IX. JACOB[...]
De Converſ[...]

X. JOHANN[...]
De fide ſemper[...]
NOSTRO[...]
Si jam, Pat[...]

Progr

Erinnerung
und Evermi
meiſters dur
dung des S
wege bringe
ſeiner wiede
tzet wird / je
Luitdrog / d
ten / Marx
bein/Bernd
und beſetzen
moed von d
alten Hoffen
auff deſſen
velmoed un
handeln ge
tig / als über
Gelder / wie
wird aber
Völckern ab
Schloß Her
gen wird de
canten glück

eſt. qvo ſenſn & *Paulus* accipit I. Cor XIV. 1. ſeq.

XII. OPPOSITA deniqve *oracula divina* ſunt in S L. expreſſa. Hæc enim auctorem habent *DEUM*; at Sibyllina *diabolum*. Divina edebantur per *homines ſanctos mentisqve* ſuæ *compotes*; Sibyllina per *impuras feminas mentisqve impotes*. Divina gentilem *disſvadebant idololatriam*; Sibyllina *ſvadebant*. Divina ad *hominum ſalutem*; Sibyllina ad *perniciem* ſpectabant. Itaqve & *cauſâ* inter ſe pugnant, & *materiâ*, & *fine*, aliisqve modis, de qvibus plura nunc dicere nihil attinet.

## II.

## PROBLEMATA.

### I.

### Utrum Oracula Sibyllina, qvæ hodie exſtant, imprimis ea, qvæ de CHRISTO loqvuntur, genuina ſint, an ſuppoſititia?

προπαρασκευή.

*Genuina* eſſe, ajunt *Baron.* l. a. *Spondanus* ad A. C. 19. n. XI. *Barradius* l. a. *Bellarm.* lib. I. de Chriſto cap. II. *Bulenger.* Diatr. III. p 82. *Gyraldus* l. a. *Mornæus* de ver. relig. cap. 32. *Schmidius* Orat. III. de Sibyll. *Jacob.*

Martini

*Martini* Exerc. Metaph. l. 2. *Wolffgang Franzius* Tr. de Interpr. ſcript. p. 203. *Janus Jacob. Boiſſardus* Tr. poſthumo de divinat & magicis præſtig. *Gulielm. Canterus* Novar. lect. lib. I. cap. III. p. 28. multum qvoqve iis tribuêre olim S. Patres, *Juſtinus Martyr*, *Clemens Alexandrinus*, *Firmianus Lactantius*, *Euſebius*, & alii. Contra verò pro *ſuppoſititiis* habent *Joh. Opſopæus* in præf. Orat. Sibyll. *Caſaub* exerc. 1. ad appar. Baron. n. XVIII. p. 53. *Boxhornius* in Hiſt. univerſal. p. 12. *Joh. Heinricus Boeclerus* Diſs. in IV. Bucol. Virgil. p. 7. *Mareſius* part. I. Syll. Diſp. ſelect. p. 489. *Voſſius* l. a. *Jacob Capella* in vindic. pro Caſaub. contra Rosweydum lib. I. cap. XI. *Balduin.* Caſ. conſc. lib. II. cap. 1. caſ. XI. pag. 69. *Fr. Spanhem.* Dub. Evangel. Part. II. dub. XXXIV. p. 371. *Greenius* Diſp. III. de Sibyll. & alii bene multi. Mediam verò qvi amplectuntur ſententiam, hi ſunt: *Calovius* Syſt. Theol. Tom. I. pag. 444. *Urſinus* in Zoroaſtre Bactriano p. 226. *Wagner.* Inqviſ. Orac. Sibyll. de CHRISTO p. 38. nec alienus ab hâc ſententia videtur *Caſaub.* & nonnulli ab eo numerati alii. qvos etiam nos ſeqvimur, ſtatuentes, nec *omnia*, nec *nulla*, *pauciſſima tamen in libris Sibyllinis exſtantia oracula, Sibyllis tribuenda eſſe.*

παρασκευή.

Hic verò obſervandum (1.) non qværi de

ora-

Bibl. Academ. Rostochi

Itá

d. IV. De
I. BERN
II. SAMU
De nece
III. CHRIS
De Indi
IV. JOHA
V. HENRI
De propen
VI. JOHA
De
VII. MICH
De Oblig
VIII. GUS
De obligati
IX. JACOB
De Converſ
X. JOHANN
De fide ſemper
NOSTRO
Si jam, Pat

Erinnerung
und Evermi
meiſters dur
dung des S
ſwege bringe
ſeiner wiede
tzet wird / je
Luitdrog / d
ten / Marx
hein/Bernd
und beſetzen
moed von d
alten Hoffen
auff deſſen
velmoed un
handeln ge
tig / als übe
Gelder / wie
wird aber
Völckern ab
Schloß He
gen wird de
canten glück

*oraculorum* iſtorum *auctoritate divinâ*, ſed *humanâ*. Utramqve confundit temerè *Servatius Gallæus* not. ad Lactant. Div. Inſt. lib. I. (2) *libros Sibyllinos* poſſe conſiderari dupliciter: *formaliter*, ratione ordinis & digeſtionis; & *materialiter*, ratione vaticiniorum, in iis contentorum. Priori modo cauſam eorum efficientem non eſſe Sibyllam aliqvam, ex hiſtoriâ notum eſt. *Schmidius* à Decemviris in ordinem digeſta fuiſſe exiſtimat. præſtitit hîc etiam *Auguſtinus* aliqvid, ut ipſe fatetur lib. XVIII. de Civ. D. c. 23. nos verò qværimus de *libris Sibyllinis*, conſideratis *materialiter*, ratione vaticiniorum. (3) aliud, *potuiſſe Sibyllas qvædam de CHRISTO vaticinari* ex Moſe & Prophetis, Cabbalâ item ac traditione Judaicâ, vel ex revelatione dæmonis, vel aliunde; aliud verò, *feciſſe* tale qvid. De illo non dubitamus; de hoc autem maximè. (4.) Diſt. inter *libros Sibyllinos hodie exſtantes*, & *Tarqvinio Priſco olim venditos*. De illis loqvimur, non de his. (5.) *Aliqva* autem dum in iis *genuina* agnoſcimus; *aliqva*, vel certé *pleraqve*, *ſuppoſititia*; ut bene diſcernantur utraqve qvodammodo, tenenda hæc regula: *Qvæcunqve carmina, ſub nomine Sibyllarum, ante Chriſtum natum, aut ſeculo proximè ſubſecuto, à ſcriptore ethnico, vel non Chriſtiano allegata inveniuntur, ea probabile eſt genuina eſſe.* Dico

*probabile*

*probabile:* ut excludam *neceſſitatem*, qvam adſtruit *Wagnerus* l. a. talia ſine dubio genuina eſſe exiſtimans, qvæ ita, ut dictum, allegata reperiuntur.

κατασκευή.

Pleraqve itaqve, ac tantùm non omnia, imprimis vero ea, qvæ de CHRISTO loqvuntur, vaticinia, Sibyllarum non eſſe, his argumentis probo: (1.) *Qvia* abſurdum eſt putare, cœcas gentes & in tenebris oberrantes, majori luce de MESSIA & Chriſtianæ fidei myſteriis, divinitus fuiſſe illuſtratos, qvàm populum Iſraëliticum, qvem in peculium ſibi DEUS elegerat. Exiſtimat qvidem *Schmidius* & *Bulengerus* l. a. tantâ claritate miſeris gentilibus opus fuiſſe, indeqve bonitatem divinam eluceſcere. Verùm naturales tenebræ omnibus ſunt communes, revelationis diſcutiendæ lumine. nec eſt major DEI bonitas erga gentes extra Eccleſiam, qvàm erga populum ſuum in Eccleſiâ. Pſal. CXLVII, 19. u. 20. (2.) *Qvia* Sibyllina gentilem probabant idololatriam; at, qvæ hodiè ſunt, eam damnant. Reſpondet *Schmidius* Orat. II. libros Sibyllinos in duplici claſſe fuiſſe apud Romanos. in unâ tres Sibyllæ Cumanæ, qvi fata Romæ continebant; in alterâ octo illos, qvi ex diverſarum Sibyllarum vaticiniis, ſub Sylla, & præcipuè Auguſto, congeſti, & publico

Itaq

d. IV. De

I. BERN

II. SAMU
De nece

III. CHRIS
De Indi

IV. JOHA

V. HENRI
De propen

VI. JOHA
De

VII. MICH
De Oblig

VIII. GUS
De obligati

IX. JACOB
De Converſ

X. JOHANN
De fide ſemper

NOSTRO
Si jam, Pat

Progr

Erinnerung
und Everm
meiſters dur
dung des S
wege bringe
ſeiner wiede
zet wird / je
Luitdrog / d
ten / Marx
bein / Bernd
und beſetzen
moed von d
alten Hoffen
auff deſſen
velmoed un
handeln geſ
tig / als über
Gelder / wie
wird aber
Völckern ab
Schloß Her
gen wird de
canten glück

blico uſui permiſſi fuerunt. Verum enim ve-
rò etſi duas librorum fuiſſe claſſes, non ne-
gemus; negamus tamen, niſi teſtimoniis pro-
betur, in alterâ claſſe fuiſſe tantùm tres de for-
tunâ Romanâ, in alterâ octo illos,
qvos hodie legimus, de myſteriis fidei Chri-
ſtianæ. (3.) *Qvia* apud *Platonem*, *Ariſto-
telem*, *Theophraſtum*, & tot alios è paganis,
curioſiſſimos omnium diſciplinarum ſcrutato-
res, eorum, qvæ nunc apud Sibyllas mira-
mur, nullum penitus exſtat veſtigium. Nec
*Paulus*, nec Apoſtolorum qvisqvam uſus eſt
talibus, qvæ tamen miram vim habuiſſent in
convincendis gentilibus. (4) *Qvia* Sibylli-
na intricata erant & perplexa: in noſtris con-
tra, ſi paucula exceperimus, omnia ſunt li-
qvida apertaqve. (5.) *Qvia*, magno illo
*Voſſio* judice, *Opſopæo* qvoqve & *Wagnero*,
in iis, qvæ ad nos pervenerunt, perpaucu-
lis qvibusdam hemiſtichiis exceptis, tanta non
apparet ſtyli elegantia, qvanta in Sibyllinis
fuiſſe dicitur à *Diodoro*, *Boccho*, & aliis. (6.)
*Qvia* tempus, qvo ſe vixiſſe profitentur Si-
byllæ, nec cum oraculis ipſis, nec cum idio-
mate lingvæ convenit, qvod accuratè de-
monſtravit *Voſſius* l. a. p. 6. & 7. Qvæ *Schmi-
dius* opponit Orat. III, ea & levia ſunt, &
principium petunt, & id, quod caput cauſæ
eſt, intactum relinqvunt.

Avav-

## Ἀνασκευή.

Neq; tamen adverſariis argumenta deſunt. (1) argumentantur: *Si oracula Sibyllina tempore Apoſtolorum & S. Patrum nota erant, à Chriſtianis poſt CHRISTUM natum conficta non ſunt:* atqvi verum prius; Ergo *Buleng.* l. a. p. 82. Reſp. neg. *Major.* conſeqventiam: qvia & eo tempore tale qvid accidere potuit. S. Patres Chriſtiani fuerunt, & homines. & jam ante CHRISTUM multa exſtabant ſuppoſititia. nec Patres à ſuſpicione, vel credulitate ſaltem nimiâ excuſari poſſũt. Deinde & *Minor* ex parte falſa. Falſum enim, oracula de CHRISTO Apoſtolorum extitiſſe tempore. Nullo id argumento conſtat. Silent Apoſtoli, ſilent veteres alii. Conficta autem multò poſt eſſe, *Voſſius* docet & *Mareſius* l. a. Ad locum *Clementis* reſpondet *Caſaubonus* Exerc. I p. 54. (2) Dicunt, *lectionem Sibyllinorum Chriſtianis olim interdictam*, teſte *Juſtino Martyre* in Orat. ad Antonin. Pium, & *Fl. Vopiſco* in Aureliano. Reſp. prohibitionem illam ad *Chriſtianos* non tantùm pertinuiſſe, ſed ad *ethnicos* etiam: nec poſt Chriſtum natum legem illam demum latam, ſed jam inde â principio ſemper obſervatam, & ab ipſo Tarqvinio, triſti ſupplicio ſancitam M. Atilii. Aureliani autem verba nullum *edictum* continent, ſed *lentitudinem Patrum* accuſant, & *Chriſtianorum morem* perſtringunt. Vid. *Caſaub.* p. 67. (3) Urgent *mirabilem eorum conſervationem & inſtaurationem.* Reſp. committi *ignorationem Elenchi.*

B non

Ita

d. IV. De

I. BERN

II. SAMU

De nece

III. CHRIS

De Indi

IV. JOHA

V. HENRI

De propen

VI. JOHA

De

VII. MICH

De Oblig

VIII. GUS

De obligati

IX. JACOB

De Converſ

X. JOHANN

De fide ſemper

NOSTRO

Si jam, Pat

Progr

Erinnerung
und Evermi
meiſters dur
dung des S
wege bringe
ſeiner wiede
tzet wird / je
Luitdrog / d
ten / Marx
bein/Bernd
und beſetzen
moed von d
alten Hoffen
auff deſſen
velmoed un
handeln ge
tig / als übe
Gelder / wie
wird aber
Völckern al
Schloß He
gen wird de
canten glüc

non enim qværitur de *veteribus*, ſed de *novis*. nec qvæ inſtaurata, vetera oracula ſuſpicione carent: nec eadem ſunt, atq; illa, qvæ in Chriſtianorũ hodie verſantur manibus. (4) Afferunt *teſtimonium Ciceronis* ex II. de divin. qvod de MESSIA loqvi, exiſtimat *Baron.* Reſp. Nullam ibidem MESSIÆ fieri mentionem; ſed de *Parthis, à Rege vincendis*: nec acroſtichida illam Ciceroni lectã credo, qvam Euſebius laudat in vitâ Conſtantini. (5) *Eclogam Virgilij IV. Sibyllæ carmen de CHRISTO continere aſſerunt.* Reſp. eſſe *petitionem principii. Poſſunt* qvidem multa hujus eclogæ de CHRISTO intelligi; *intelligenda* autem ita eſſe, ex ſententiâ Virgilii vel Sibyllarũ, nemo adhuc demonſtravit ſolidè. aliud *explicatio*, aliud *applicatio*. nec illud probatum ſatis eſt, *Cumæum Carmen* Sibyllinum eſſe. mihi *Heſiodeum* placet, ex qvo petita ecloga qvarta. (6) Producunt *teſtimonia Ovidii, Lucani & Heſiodi de creatione, interitu, & ætatibus mundi*, qvæ ex Sibyllinis videntur ſumta. Reſp. Qvæ de creatione *Ovidius* cecinit, tranſcripta eſſe ex *Græcis*, vel antiqviſſimis *Phœnicum hiſtoriis*. Forſan etiam in *Moſis* atq; *Prophetarum* ſcripta Poëta incidit. Sententia verò de *interitu mundi* eo tempore ferè communis erat, nata ex traditione qvâdam Judæorum, de qvâ *Joſeph* Antiq. lib. I. c. IV. Communis etiam erat illa de *ætatibus mundi temporumq;* periodis opinio, ut ex *Platone, Heſiodo*, & aliis videre licet. (7) Deniq; provocant ad *conſenſum multorum eventuum ſuperioris æ-*

ſtatis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742557553/phys_0020
DFG

*tatis cum vaticiniis Sibyllinis v. g. de ſtellâ* ςεφανῷ λαμπρῷ παρειμιῷ, *de Antichriſti ſede, ſceleribus, oſculo pedum, de Rege qvodã poſt 15. alios venturo, & ponti nomen habituro vicini*, qvæ omnia fuſe perſeqvitur *Schmidius* Orat. III. ſed Reſp. committi iterum *ignorationem Elenchi.* Neq; enim de *veritate* oraculorum diſputatur; Sed de *auctoritate.* Deinde incertum, Lactantii & Auguſtini ætate reperta ea omnia in Sibyllinis eſſe, qvæ hodie inſerta videmus. Etjam ante illa tempora, ſuperbiam, ὕβριν & tyrannidem Pontificum Romanorum ſedemq; Anti Chriſti prædicere potuere ſapientiores. Nec pedum oſculatio tam inſolita fuit, ut nulla conjectura aſſeqvi eam potuerint. Qvæ verò de XV. *Romanis Pontificibus Schmidius* interpretatur, de *imperatoribus* ad *Adrianum* usqve accipi poſſunt commodè, ut pluribus demonſtrabitur in antiqvitatibus noſtris Græcis, qvarum liber I. lucem videbit propediem, volente DEO.

## II.

### An libri Sibyllini ſint θεόπνευστοι, ſive auctoritatis divinæ?

Προπαρασκευή.

Ita ajunt, præter S. Patres, *Conſtantin.* M. Orat. ad S. Cœtum, *Barrad.* Concord. Tom. I.



Ita[...]

d. IV. De[...]

I. BERN[...]

II. SAMU[...]
De nece[...]

III. CHRIS[...]
De Indi[...]

IV. JOHA[...]

V. HENRI[...]
De propen[...]

VI. JOHA[...]
De[...]

VII. MICH[...]
De Oblig[...]

VIII. GUS[...]
De obligati[...]

IX. JACOB[...]
De Converſ[...]

X. JOHANN[...]
De fide ſemper[...]
NOSTRO[...]
Si jam, Pat[...]

Erinnerung
und Evermi
meiſters dur
dung des S
wege bringe
ſeiner wiede
zet wird / je
Luitdrog / d
ten / Marx
bein / Bernd
und beſetzen
moed von d
alten Hoffen
auff deſſen
velmoed un
handeln geſ
tig / als über
Gelder / wie
wird aber
Völckern ab
Schloß He
gen wird de
canten glück

---

lib. III. cap. 25. *Baron.* l. a. *Schmidius* Orat. III. & alii. Negant verò *Peucerus* de Div. l. a. *Boiſſardus* d. l. *Mareſius* Diſp. ſelect. part. II p. 487. *Fr. Spanhem* l. a. p. 371. *Wagnerus* de Orac. Sibyll. p. 53. *Greenius* l. a. diſp. III. & alii, qvibus etiam nos accedimus.

παρασκευή.

Intelligimus verò (1.) non tam Sibyllinos *veteres*, qvàm *novos*. (2) Nec de eo diſputamus, qvod fieri *poteſt*; ſed qvod reverà *factum* eſt. (3) Adeòq; nec de *cauſâ extraordinariâ*, ſed *ordinariâ* qværimus. Extraordinario enim modo Spiritus S. afflatu loqvi potuiſſe Sibyllas, facilè largimur cum *Calovio* Syſt. Theol. Tom. I. factum autem id à divino Spiritu fuiſſe, non dubitamus tantùm, ſed etiam planè negamus. (4) *Divinitatem* deniq; intelligimus non in ſenſu *Platonico*, ſed *Chriſtiano*. Atqve his ita præmiſſis ſententiam noſtram confirmamus argumentis ſeqventibus:

Καταςκευή.

(1.) *Qvia* multis ſcatent erroribus & fabulis, ut *Servatius Gallæus* oſtendit. (2.) *Qvia* Sibyllæ ex ethnicorum ſe Diis Deabusq; profitentur natas, teſte *Pauſania* in Phoc. ubi de Herophile hæc legas: Καλεῖ δὲ οὐκ Ἡροφίλην μόνην, ἀλλὰ καὶ Ἄρτεμιν ἐν τοῖς ἔπεσιν αὐτὴν, καὶ Ἀπόλλωνος γυνὴ γαμετὴ, τὸ δὲ ἀδελφὴ, καὶ αὖθις θυγάτηρ φησὶν εἶναι. &c. (3.) *Qvia* hymnis celebrarunt Deos gentilium. qvod de Herophile ex eodem diſcimus auctore:

Δήλιοι

Δήλιοι δὲ καὶ ὕμνων μέμνηνται τῆς γυναικὸς ἐς Ἀπόλλωνα. (4.) *Qvia* cùm vaticinarentur, Diis gentium ſerviebant, qvod de Herophile, Apollinis Sminthei æditua iterum prodit *Pauſan.* l. a. Τὴν δὲ Ἡροφίλην οἱ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, ταύτην νεωκόρον τε τοῦ Ἀπόλλωνος γενέσθαι τοῦ Σμινθέως &c. (5) *Qvia* vaticinantes furore ita corripiebantur, ut nec intelligerent, qvæ dicebāt; nec retinerent memoriam eorum, qvæ viderant, vel audiverant, vel dixerant, teſte *Platone* in Phædro & Menon. & *Virgilio* III. Æneid. v. 443. & lib. VI. v. 46. & lib. IV. v. 65. Conf. *Mareſ.* l. d. (6) *Qvia* vita Sibyllarum turpis & flagitioſa fuit, ut ipſæ confitentur lib. II. Oraculor. (7.) *Qvia* oracula ſua expoſuere venalia, ſi fides habenda adverſariis eſt.

Ἀνασκευή.

Dicis (1.) oracula de CHRISTO divinæ omninò auctoritatis eſſe, cùm probabile non ſit, à *Dæmone* talia profecta eſſe. Reſp. Iſta verò Sibyllina non ſunt, ut antea diximus. qvid? qvod diabolus etiam qvandoqve angelum mentiatur lucis II. Cor. XI, 14. (2). *Schmidius* Sibyllam Erythræam Japeti fuiſſe conjugem, non ethnicam, nec extra Eccleſiam, Orat. III. aſſerit. Reſp. luculentâ ſanè *petitione principii*, ut *Voſſius* & *Wagnerus* demonſtrarunt. l. a.

Erinnerung
und Evermi
meiſters dur
dung des S
wege bringe
ſeiner wiede
tzet wird / je
Luitdrog / d
ten / Marx
bein/Bernd
und beſetzen
moed von d
alten Hoffen
auff deſſen
velmoed un
handeln ge
tig/ als über
Gelder / wie
wird aber i
Völckern ab
Schloß Her
gen wird de
canten glüc

# III.
# PORISMATA,

## I.

### *Oracula Sibyllina, Romanorum rebus in adverſis erant perfugia.*

Conſulebantur enim, cùm tetra prodigia nunciata erant, teſte *Cic* lib. I. de Div. *Livio* l. XXI. XXXI. XXXIV. XL. XLII. *Varrone* de re ruſt. cap. I. ob crebros item terræ motus, *Liv.* lib. XXXIV. Sed & cùm latè graſſaretur vis morbi, peſtilentiæqve finis non fieret, *Liv.* lib. V. VII. XLI. *Macrob.* lib. I. Saturnal. c. XVII. *Dionyſ. Halicarn.* lib. IV. interdum qvoqve ob inſignem acceptam cladem, *Liv.* lib. XII. belli deniqve tempore, ut commemorat *Fl. Vopiſcus* in Aureliano. cum qvo conf. *Salmaſ.* not. in h. l. p. 363.

## II.

### *Oracula Sibyllina erant gentilis idololatriæ fulcra.*

Cùm inſpicerentur libri, acceptâ ad Thraſymenum clade, retulerunt Decemviri, votum Marti faciendum, & Jovi ludos magnos, & ædes Veneri Erycinæ, ac Menti vovendas eſſe, & ſupplicationem lectiſternium qve habendum, teſte *Livio* lib. XII. Ex iisdem decretum aliqvando, nunciatis prodigiis, ut Jovi fulmen aureum fieret: Junoni Minervæqve ex argento daretur: & Junoni Reginæ in Aventino Junoniqve Soſpitæ

ſpitæ Lanuvii majoribus hoſtis ſacrificaretur. eod. loco. Similia exempla ex *Livio* & aliis collegit *Barn. Briſſonius*, libr. II. de form. pag. 204. 205.

### III.

*Oracula Sibyllina, qvæ hodie exſtant, Chriſtianorum ſunt* εὑρήματα.

*Pleraqve* intelligo, non *omnia*: imprimis, qvæ de CHRISTO loqvuntur, & aliis *Chriſtianæ fidei myſteriis.* Hæc conficta eſſe veroſimile eſt à *Chriſtianis* qvibusdam, *piis* qvidem, ſed *minùs prudentibus.* Nec nego, multa *hæreticorum* eſſe. Unde *Mareſius* l. a. nata Sibyllina exiſtimat, auctore, præcipuè *Montano*: (1.) Qvia hic *vatem* agebat, duas ſecum ducens feminas, Priſcam & Maximillam, qvæ furore corripiebantur, veluti Sibyllæ. (2.) Qvia *Phryx* fuit. at in Sibyllinis multa exſtant, ad laudes Phrygiæ pertinentia. (3.) Qvia *errores* illos, qvi in Sibyllinis leguntur, *de duplici reſurrectione ad gloriam, de excluſione animarum à DEI viſione ante reſurrectionem, de regno CHRISTI terreno*, & aliis, *Montanus* affricuit *Tertulliano*. (4.) Qvia multa in carminibus Sibyllinis *Cabbalam* redolent Judaicam.

Biblioth. Academ. Rostoch.

Ita

d. IV. De

I. BERN

II. SAMU
De nece

III. CHRIS
De Indi

IV. JOHA

V. HENRI
De propen

VI. JOHA
De

VII. MICH
De Oblig

VIII. GUS
De obligatio

IX. JACOB
De Converſ

X. JOHANN
De fide ſemper
NOSTRO
Si jam, Pat

Erinnerung
und Evermi
meiſters dur
dung des S
wege bringe
ſeiner wiede
tzet wird / je
Luitdrög / d
ten / Marx
bein/Bernd
und beſetzen
moed von d
alten Hoffen
auff deſſen
velmoed un
handeln ge
tig / als übe
Gelder / wie
wird aber
Völckern ab
Schloß He
gen wird de
canten glück

cam, qvæ vigebat *Montani* ætate. Vid. *Canter.* l. a. *Voſſius* ſimilia ferè habet. *Montanum* tamen non nominat, ſed ſcriptorem tantùm Sibyllinorum vixiſſe ſcribit temporibus *Commodi Cæſaris*; idqve colligit (α) ex Sibyllin. libr. V. & alio loco, ubi mentio fit *agonis Iſelaſtici*, qvi, ut ex *Plinio* conſtat, inſtitutus fuit tempore *Trajani*. (β) ex eo, qvod XV. tantum Imperatorum geſta deſcribantur: ac poſt *Hadrianum* tres ſecuturi dicantur, *Antonini* duo, & *Commodus*. (γ) qvod demum *Antonini & Commodi temporibus* citari Sibyllina cœperint. (δ) qvod opiniones hic inveniantur, circa ea demum tempora exortæ, ut, de ſalute damnatorum, Nerone AntiChriſto &c. (ε) deniqve qvod multi tum libris ſuppoſititiis adducere ſtuduerint gentes ad religionem Chriſtianam. Unde tot libri, aliqvi etiam Apoſtolorum nominibus inſignes, qvi poſtea à *Gelaſio* & *Concilio Romano*, inter *Apocrypha* ſunt relati. Qvales non ſemper hæreticos, ſed & homines pios habuere auctores. Sané *Tertullianus* teſtis eſt, libro de baptiſmo, fuiſſe in Aſia Presbyterum, qvi ſcripturam de *Tecla* conſcripſerit, qvaſi titulo *Pauli* de ſuo cumulans: atqve eum convictum atqve confeſſum, id ſe amore *Pauli* feciſſe, loco deceſſiſſe.

S. D. G.

(o)

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn742557553/phys_0027
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn742557553/phys_0028
DFG

De *Riddagshauſano* cœnobio autem hæc traduntur. Dies Kloſter hat einen Abbet gehabt und eine feine Schule, darinnen 12 Knaben mit aller Nothdurft unterhalten, und in Logicis ſtudiis durch einen Magiſtrum, welchen der Abt beſoldet, inſtituiret werden. Solcher Kloſter-Schulen ſeyn 6. im Lande ſchweig, in unterſchiedliche Claſſes abgetheilet, durch w Stipendiaten ordentl. geführet werden, biß man ſie en der Univerſitæt nach Helmſtädt mit Nutz verſchick Cum deinde turbulentum *Brunſvicum*, mox vero Gv tum adiiſſet, in ſeceſſu vicino Heſſen ab Avia ſua te receptus & per 9 dies retentus fuit. Amœnitates aut ſemenſes, dictaqve Monaſteria latius enarrabunt Autor Baringium reperiundi.

## §. 7.

Heſſemo die 4 Martii diſcedebatur, relictaqve ſtadio, Schanderslebiaqve, *Halam*, intravit, ubi d. præter alia, ſalinas qvoqve vidit, de qvibus ita: D. M Bericht nach, ſollen die Saltz-Koten jährlich 2 Tonnen tragen. Doch wird eine wieder auf die Unkoſten g Von der andern muß man dem Hrn. Biſchof ein gena richten, welcher das Feudum 123 Häuſern verleihet. vero de his Salinis Scriptorum nubem collegit Clar. SIGIUS, pleniorem ſine dubio dabunt notitiam in *Bt xon. Super*. p. 941. In templo Cathedrali Halenſi runt Epitaphium D. Moſmanni, ex unica ſua uxore liberorum Parentis facti, cujus πολυτεκνίας alia plura peditabunt exempla, *STISSERUS ad Sirac*. 16. p. 17 *CARTUS Obſervat. Hiſt. Polit. Decad.* 11. p. 286 - *Jac. THOMASII, Oratt*. p. 121. *LANSII Couſult*. p. n omittam *STEPNERUM* in *Inſcript. Lipſienſibus: A*



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742557553/phys_0029
DFG